



velle – nōlle – mälle

Dicta in quibus verbum <i>VELLE</i> inest	Fons	
<p>At Magn. Ant. 1. g²</p> <p>D Omine, * si tu vis, pótes me mundá-re :</p> <p>et á- it Jé-sus : Vó-lo, mundá-re. È u o u a e.</p>	Dominica III post Epiphaniam Ad Vesperas Antiphona ad Magnificat	Ex sacra scriptura
Quidam de scribis et pharisaeis responderunt Iesu dicentes: “Magister, volumus a te signum videre.”	ex Evangelio secundum Matthaeum	
Dixit Pilatus ad turbam Iudaeorum: „Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus?”	ex Evangelio secundum Matthaeum	
„Omnes qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur.“	ex epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Timotheum.	Preces
<p>Offero tibi, Domine,</p> <ul style="list-style-type: none"> - cogitanda, ut sint ad te; - dicenda, ut sint de te; - facienda, ut sint secundum te; - ferenda, ut sint propter te. <p>Volo quidquid vis; volo quia vis; volo quomodo vis; volo quamdiu vis.</p>	Oratio universalis sub nomine Clementis Papae XI vulgata	
<p>„Deus vult!“</p> <p>Verbis „Deus vult! Deus vult!“ turba papae Urbano II die 27 Novembris 1095 respondit. Iisdem verbis papa ipse confirmavit eos qui meditabantur peregrinationi in terram sanctam interesse.</p>	Urbanus Papa II., A.D. 1095	Dicta latina
Si vis amari, ama!	Lucius Annaeus Seneca: Epistulae morales	
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. = Noli facere proximo tuo id, quod non vis tibi fieri.	Imperator Alexander Severus (208-235 p.Chr. n.)	
(Is) Qui vult dare parva, non debet magna rogare.	N.N.	

Scribe formas verborum *VELLE*, *NOLLE* atque *MALLE* in tabellam:

	velle	nōlle	mälle
1° sg.			
2° sg.			
3° sg.			
1° pl.			
2° pl.			
3° pl.			